Di·xxix·de impedimentis q̄ faciūt oīno illegitimū ad cōtrahendū mr̄imoniū cum quodaz ⁊ cū quodā nō· qđ venit ex cult⁹ diſparitate·

Poſt hec de diſpari cultu videndū ē· Supra determinata ſūt īpedimēta q̄ mr̄imoniū īpediunt reſpectu oīs ꝑſone· hic determinant̄ impedimēta q̄ reſpiciunt ꝑſonas determīatas· Et diuidit̄ hec ꝑs in duas· Q̄ ñ aliq̄ ꝑſone nō ſunt legitime ꝓpt̄ nimiam diſtantiā· vt ille in q̄b⁹ ē cult⁹ diſparitas· Quedā ꝓpt̄ nimiā cōuenientiā· vt ille in q̄b⁹ eſt ſpūalis vel carnalis ꝓximitas· Jō hec ꝑs h̄z duas· Jn p̄ma agit de īpedimēto qđ venit ex cultus diſparitate· Jn ſecūda de impedimēto qđ venit ex proximitate· īfra diſ·xl· Nūc ſupeſt ď cognatiōe ⁊c̄· Prima ꝑs h̄z duas· Jn p̄ma agit de cult⁹ diſparitate ꝑ cōparatiōem ad mr̄imonij cōtractiōez· Jn ſecūda ꝑ cōparatiōez ad diſſolutiōez· ibi· Pōt tñ licite dimittere ⁊c̄· Prima ꝑs h̄z duas· Jn p̄ma determinat veritatem Jn ſecūda diſſoluit dubitatiōez· ibi· Huic aūt videt̄ obuiare ⁊c̄· Ubi oñdit ꝙ cōiugis mr̄imoniū nō poſſit ɔ̄hi inter fidelē ⁊ infidelē· pōt tñ eē ſi prius ɔtractū eſt· Similit̄ ſcđa ꝑs in q̄ agit̄ de mr̄imonij diſſolutiōe duas h̄z· Jn p̄ma determīat veritatē· Jn ſcđa manifeſtat mentientes ibi· Sūt tñ nōnulli qui īter fideles ⁊c̄· vbi rep̄hēdit eos q̄ dicebāt inter infideles nō eē cōiugiū· Prima ꝑs habz duas· Jn p̄ma ꝑte agit de diſſolutiōe mr̄imonij q̄ ad cohabitatiōez inter eos q̄ ſunt diſꝑis cultus· Jn ſcđa ď diſſolutiōe mr̄imonij q̄ ad vinculi fractiōem ſiue oīmodaz ſeꝑatiōz oſtendēs ſi infidelis nō vult cohabitare· ꝙ fidelis poteſt contrahere· ibi· Hic querit̄ ſi fidelis dimittat infidelem ⁊c̄·

DI XXIX

1a Uidet̄ apparet non poſſe ɔtrahi ɔiugiū ab hijs q̄ ſūt diuerſe re· ⁊c̄· X· Uidet̄ ex h̄ ꝙ ſi aliq̄s vult baptiſari ⁊ ē fidel̄· ꝙ ēt ante baptiſmuz contrahi poſſit cū alio· R̄o· dōz ꝙ fides non tm̄ accipit̄ pro habitu credendi cōtrū accipit̄ ꝓ ſacro fidei· ⁊ hoc ꝓbatur ꝑ illud qđ dicit̄· xxviij· q· j· ca· ne xp̄iane· ⁊ infra ſi xp̄iana ſit· nō eſt ſatis niſi ambo initiati ſitis ſacro baptiſmi· Unde Hugo fuit iſti⁹ opiniōis ꝙ h̄ intelligit̄ cōtrū ad ſacrm̄ baptiſmi· ſ· diſparitas cult⁹· cōiugis ḡra lis fidē hēat· tñ nō h̄z fidei ſacrm̄ tō nō ē ꝑſona ad ɔ̄hendū legitima

Exodi· xxxiiij· i· Eſ ꝗ· x·

Amb· i li· ď ꝑriarch·

b Apl̄s ne fiat ɔſilio charitatis ſuadet· Ur̄ male dicere· q̄r ex hoc vr̄ ꝙ fidelis licite poſſit cū infideli cohabitare· Sed cōtra ·xxviij· q ·j· Judei ⁊c̄· no p̄t infideli in ciuā ꝑmanere cōiunctione que iam

2

Agit de cult⁹ diſparitate per cōparatiōem ad mr̄imonij contractiōz determinās v̄itatē· a

Poſt hec de diſpi cultu videndū ē· hec ē eñ vna de cauſis q̄bus ꝑſone illegitime ſūt ad ɔtrahēdū mr̄imōiū· Nō eñ lz xp̄iano cū gentili vel iudea inire ɔiugiū· q̄r etiā in veteri te· ꝓhibitū ē fideles viros īfideles ducere vxores· dño dicēte· Non accipias vxores de filiab⁹ alienigenaꝝ filijs tuis· ne traducāt eos poſt deos ſuos· Juxta hoc dñi p̄ceptū iudeoꝝ cōiugia cum alienis inita heſdras ſeꝑauit· h̄ idē etiā in nouo teſta· ſeruat̄· vñ Aug· Ne nubat femina niſi ſue religiōis viro vel ne vir talē ducat vxorē· Jd eñ vt dicis iubet dñs· docet apl̄s· vtrūq; p̄cipit teſtamētū· Jtē amb· Caue xp̄iane gentili vel iudeo filiā tuā tradere· caue ne gētilē vel iudeam vel alienigenā· i· hereticā ⁊ oēm alienā a fide tua vxorē acceſſias tibi· Jtē ſi q̄s iudee· ſiue xp̄iana iudeo· ſiue iudea xp̄iano carnali ɔſortio miſceat̄· q̄cūq; tñ nephas admiſerit· a xp̄iano cetu ꝓtin⁹ ſegreget̄· Ex hijs alijſq; pl̄ibus teſtimōijs euident̄ apparet nō poſſe cōtrahi ɔiugiū ab hijs q̄ ſūt diuerſi religiōis ⁊ fidei· a

Soluit dubitatiōez de ɔiugio fidelis ⁊ infidelis ⁊ duoꝝ infidelium· b

Huic aūt vr̄ obuiare qđ apl̄us ait de iparib⁹ ɔiugijs· ego dico nō dñs· Si q̄s fr̄ h̄z vxorē infidelez ⁊ hec cōſentit h̄itare cū illo· nō dimittat illā· ⁊ ſi q̄ mlr̄ ⁊c̄· Sz aliud h̄ eē· aliud illđ· euidet̄ oñdit Aug· Jbi eñ agit̄ de illis ɔiugijs fideliū ⁊ infideliū q̄ ɔtrahūt̄ eis in diſꝑi religiōe ⁊ fide manētib⁹ Apl̄s v̄o ait de illis q̄ vni⁹ eiuſdēq; infidelitatis fuerūt qñ cōiūcti ſūt· Sz cū veniſſet euāgeliū alt̄ ſine alt̄a credidit· Jntelligis ne q̄d dicā· Attēde vt rem ipam diligēti⁹ explanā· Ecce cōiuges duo vni⁹ infidelitatis fuerūt qñ cōiūcti ſūt· nll̄ā ď hijs qđ ē q̄ ꝑtineat ad illđ p̄ceptū veteris ⁊ noui te· q̄ ꝓhibet̄ fidelis cū infideli copulare ɔiugiū· Jā ſr̄ cōiuges· ⁊ ābo adhuc ſūt īfideles· Tales ſūt adhuc q̄les ɔiūcti ſr̄· venitq; euāgeliū p̄dicatoꝛ· credidit eoꝝ vn⁹ vel vna· ſ; ita vt infidelis cū fideli h̄itare ɔſentiat· ñ iubet dñs vt fidelis īfidelē dimittat talit̄ cōiunctū· Nec apl̄s iubet vt ñ dimittat· ſ; cōſulit vt ſi q̄s alit̄ agat ñ ſit trāſgreſſoꝛ· ſic ⁊ de v̄ginib⁹ cōſulit· Monet āt qđ ē lucrādi occaſio· cū poſſit licite relinq̄re ſ; ñ expedit· Tunc enim non expedit id quod licitum ē· qñ ꝑmittit̄ q̄dez· ſz ipius vſus alijs aufert īpedimētū ſalutis· ſic diſceſſio fidel̄ ab īfideli quā ñ ꝓhib; dñs· q̄r corā illo nō ē iniuſta· ſz apl̄s ne fiat ɔſilio charitatis ſuadet· vt nemo in ea re b

in xp̄ianā trāſlata eſt fidem· ⁊ in duobus capitulis ſubſequentibus idē dr̄· R̄o· dōz ad h̄ voluerunt aliqui diſtinguere· ꝙ illđ apl̄i intelligit̄ ď paganis q̄ ad fidem facili⁹ conuertunt̄· ſed ille canon intelligit̄ de iudeis q̄ obſtinati ſunt adō ꝙ potius cōuerterēt conuerſos q̄ ꝑ ipos ꝓficerent· ſed cū oēs ſint in malicia nunc obſtinati· iſta diſtinctio ñ habet locū ſed i p̄mitiua eccl̄ia cū tam iudei q̄ gentiles paſſim conuerterent̄ ad fidem· ⁊ cū modico adiutorio ꝓpter ſalutē cōiugum conceſſit ⁊ cōſuluit apl̄s tūc cohabitare· ſed poſtmodum iudei adeo ſunt obſtinati in malicia ꝙ poti⁹ volebant peruertere q̄ conuerti· adhuc gentilib; ad fidem intrātibus· ⁊ tūc concedebatur cohabitare gentilibus non iudeis· nūc autem quia vnt̄

i· Cor· vij

Aug· ad polentiū·

qꝫ ſũt in malicia
obſtinati. ꝓpter
ꝑiculum corrup
tiõis euitanduꝫ
neutri eſt cõcedit
cohabitare ſine
ꝯtumelia creato
ris. q2 ſꝑ ꝓſumit
i. Eſd. x. niſi velint cõuer
ti ꝙ velint coha
bitare i ꝯtumeli
3 am creatoris.
c ❡ Ex q̃ intelli
git ⁊c. Innuit ꝙ
Exodi. ꝓpter q̃ſlibet illi
xxxiiij. citas ꝯtumelias
pt vir dimittere
vxorẽ. ⁊ hoc idẽ
Ambro. ſup ꝓbauit. Sꝫ
i ꝯriũ obr̃. Dicit̃
ſi vxor peccat in
aiam ſuã nõ eſt
Augu. ad polluta viro ſuo
polentiũ. q̃ vir ñ pt eaꝫ di
mittere. Et hoc
etiã videt̃ rõne.
q2 vir nõ hꝫ po
teſtatẽ aĩe vxoris
ſꝫ tm̃ corpis Sꝫ
oĩe pctm̃ quod
cunqꝫ fecerit hõ
excepta fornica
tõne ẽ extra cor
Nõ ẽ vera p⁹. alia eni pctã
pudicicia aĩaꝫ offẽdũt q̃ ⁊c
fidei cũ ifi Itẽ ꝑ deductõnẽ
deli. ad incõueniẽs i
ꝓbat̃ hĩpꝫ. q2 cũ
vir repiant̃ de ſe
Ro. xiiij. cularibꝫ ꝑſonis
aliq̃ q̃ ñ peccent
aliq̃n. tunc fere
oĩa matrimõia
poſſẽt licite ſepa
ri. R̃. dõ. ꝙ nõ
eſt ꝯceſſũ ꝓpter
fornicatõeꝫ fieri
mr̃mõij diuiſiõꝫ
niſi eaten⁹ q̃ ꝑ il
lã fornicatõꝫ alt̃
ledit̃ vel offẽdit̃
q̃ ẽ mr̃imonialit̃
copulat⁹. Scdõ
h̃ nota ꝙ forni
catio tripliciter
dr̃. ꝓprie cõiter
cõiſſime. Prope
dr̃ fornicatio eẽ
pctm̃ circa actũ
carnis. vtpote.
q2 coit cũ nõ ſua
vel nõ ſuo. Cõit̃
dr̃ fornicatio in
ſcptura ydolatã

iuſſiõis neceſſitate teneat̃. ſꝫ cõ
ſilij volũtate libere faciat. Ex
hijs mõſtrat̃ int̃ fideles ꝯiugiũ
eſſe. ⁊ ꝯſiliũ apli ñ obuiare pce
pto dñi q̃ iubet fidelẽ nõ iũgi in
fideli. ⁊ ſi cõiuncti fuerint ſepa
ri. Legit̃ eñ ꝙ heſdras ꝓpha
imo dñs ꝑ eũ iuſſit iſrl̃itas vxo
res dimittere alienigenas. ꝑ q̃s
ibant ad deos alienos. nõ ille ꝑ
maritos acq̃rebant̃ deo. Recte
h̃ pcepit. q2 per moiſen iuſſerat
dñs ne q̃s vxorẽ alienigenã du
cẽt. Merito q̃ q̃s duxerãt dño
vt ꝓhibẽte dño iubẽte dimiſert
q2 vt ait amb. ñ ẽ iputãd mr̃imo
niũ qd extra decretũ dei factuꝫ
eſt. ſꝫ cognoſcit̃ emendandũ. vt
qñ fidelis infideli copulat̃ Sed
vt ait Aug. cuꝫ cepiſſet gẽtibus
euãgeliũ pdicari iã ꝯiũctos gen
tiles gẽtilib⁹ cõpit ꝯiugibus. ex
q̃bus ſi ñ ãbo crederẽt. ſꝫ vn⁹ vel
vna. ⁊ infidelis cũ fideli cõſenti
ret hitare. nec ꝓhiberi a dño de
buit fidelis infidelem dimittere
nec iuberi. Idõ nõ ꝓhiberi. q2 iu
ſticia ꝑmittit a fornicante diſce
dere. Et infidelis hois fornica
tio ẽ maior i corde. nec vera ei⁹
pudicitia cũ ꝯiuge dici pt. q2 oẽ
qꝺ nõ eſt ex fide pctm̃ ẽ. q̃uis ve
rã fidelis habeat pudiciciã etiã
cũ infideli ꝯiuge q̃ ñ hꝫ verã. Idõ
aũt nec iuberi. q̃ nec ꝯtra iuſſio
nẽ dñi gẽtiles fuerũt ambo ꝯiũ
cti. licitũ q̃ erat ꝑ iuſticiã fideli i
fidelẽ dimittere. ſꝫ licitũ nõ erat
faciẽdũ ꝓpt̃ liberã beniuolẽtiã
❡ Euidẽter apparet ⁊ int̃ fide
les ꝯiugiũ eẽ. ⁊ aplm̃ de illis agẽ
q̃ in infidelitate ꝯiũcti fuerũt. ⁊
p⁹ alter ad fidẽ cõuerſus ẽ. cuꝫ
q̃ ẽt fidelis hitare ꝯſenſit. ⁊ hũc
nõ dimittere fideli ꝯſuluit apl̃s
q2 forte ꝑ fidẽ ſaluabit̃ infidelis
❡ Agit de diſſolutiõe mr̃imõij
q̃ ad cohabitatõꝫ int̃ eos q̃ ſunt
diſpis cult⁹. ⁊ determiat verita
tem. c
❡ Põt tñ licite dimittere. q2 in
fideliẽ fornicatio. ſi ñ corpis tñ
mẽtis. Cãm eñ fornicatõis dñs
excipit. fornicatõeꝫ xõ gñalem

⁊ vniuerſalẽ itelligere cogimur
ñ mõ. ſcꝫ corpalẽ ſꝫ ⁊ ſpũalẽ. de q̃
Aug. ait. Idolatria ⁊ q̃libꝫ no
xa ſupſtitio. fornicatio ẽ. dñs ãt
ꝑmiſit cã fornicatõnis vxorẽ di
mitti. ſed ñ iuſſit. ⁊ ſic dedit apl̃o
locũ monẽdi. vt q̃ voluerit ñ di
mittat. pt talẽ licite dimittere. ſi
eñ fornicatio carnis deteſtãda
eſt in cõiuge. q̃nto magis forni
catio mentis. i. infidelitatis. Si
ãt q̃ris an ꝓpter aliud viciũ ni
ſi ꝓpter ifidelitatem vel idola
triã poſſit dimitti. Attende q̃d
Aug. ait. Si infidelitas fornica
tio ẽ. ⁊ idolatria infidelitas. ⁊ a
uaricia idolatria. nõ ẽ dubitãdũ
⁊ auariciã fornicatiõeꝫ eẽ. q̃s q̃
quãlibet illicitã cõcupiam põt a
fornicatõis gñe ſepare ſi auari
cia fornicatio ẽ. Ex q̃ intelligit̃ c
ꝙ ꝓpter illicitas ꝯcupias nõ tm̃
q̃ in ſtupris cũ alienis viris vl̃ fe
minis cõmittũt̃. ſed ob q̃ſlibꝫ q̃
aiam a lege dei aberrare faciũt
⁊ ꝑnicioſe corrũpi. poſſit ſine cri
mine ⁊ vir vxorẽ ſuaꝫ dimittere
⁊ vxor vir. Itẽ rectiſſime dimit
tit̃ ſi viro ſuo dicat. nõ ero vxor
tua niſi mihi de latrocinio diui
tias cõgreges. vel niſi ſolita le
nocinia exerceas. aut ſi q̃d aliꝺ
facinoroſum vel flagicioſum a
viro ſuo expetat. Tũc ille ſi ve
raciter penitens eſt. habetqꝫ fi
dẽ ꝑ dilectiõem oꝑantẽ. mẽbruꝫ
qꝺ eũ ſcandalizat ãputabit. Ex
hijs appet ꝙ nõ ſolũ infidelitas
ſed etiã q̃libet ꝯcupia q̃ ꝑnicio
ſe turpiterqꝫ corrũpit. fornica
tio ſpũalis eſt. ꝑ quã vir vxoreꝫ
vel vxor virũ dimittere pt. Con
ſulit tñ apl̃s ne fidelis dimittat i
fidelẽ volentẽ cohabitare. nec a
deo reuocare.
❡ Agit de diſſolutiõe mr̃imõij
q̃ ad vinculi fractionẽ ſiue om
nimodã ſepationẽ. oñdens. ꝙ ſi
infidelis ñ vult cohabitare. ꝙ fi
delis põt contrahere. d
Hic q̃rit̃ ſi fidelis dimittat infi
delẽ. vel infidelis a fideli diſce
dat. an liceat fideli aliam duce
re. Videt̃ auctoritas teſtari ꝙ

ꝑ q̃ẽ modum ꝓ
phete ipõs ido
latras meretrici Aug⁹. li.
bus fornicarijs de ſmone
freq̃nter cõpãt. dñi i mõte
ſicut pꝫ. j. Pa
ral. v. ⁊c. Cõmu
niſſime dr̃ forni
catio oĩs cõcu
piſcẽtia iordina
ta q̃ offẽdit̃ de⁹.
⁊ relinq̃tur. Pri
ma fornicatõ nõ
pt fieri ab vxore Pro q̃bꝫ
ſciẽter q̃n fiat in vicijs pñt
iuria viro. ⁊ idõ dimitti.
ꝑ illã pt fieri di
uortiũ. etiã ꝑ v Aug. i ſer
nico ſolo actu ſi mõe dñi in
poſſit ꝓbari. eti monte.
am q̃tũ fornicãs
peniteat. Secũ
da ꝟo tũc ẽ i in
iuriã cõiugis. qñ
ꝯiũx i illa ꝑſeue
rat. q2 tũc ẽ via
ducẽdi ad corru
ptionẽ. ⁊ iõ ꝑ il
lã pt fieri ſeparõ
ſi ꝯiũx nolit pe
nitere. Si ãt vl̃t
pẽitere ⁊ redire.
nõ pt repudiare Aug. de fi
eã. fornicatõ tũc de ⁊ opibꝫ.
ẽ i dãnũ ꝯiugis
qñ dat ei occaſi
onẽ ſcandali. vt
qñ nõ vult cũ eo
q̃ete viuere niſi
ꝯſẽtiat malefacе
re. ⁊ tũc pt eã di
mittere. vl̃ q̃tũ
ad thorũ vel q̃n
tũ ad cohitatõꝫ
nõ ſimpl̃r ſi ãbo
ſũt fideles. ⁊ per
iſtũ modũ ſũt in
telligẽde auctes
ad h̃ iducte. naꝫ
ꝓpt̃ alia genera
pctõꝝ nõ põt di
mittere nec q̃tũ i. Cor. vij
ad thorũ nec q̃n
tũ ad cohitatõeꝫ
niſi ꝑſtẽt mgnã
occaſionẽ ruine
⁊ vehementer ti
meat̃ de lapſu.
tũc ei lꝫ dimitt̃e
ſicut dicitur h̃ ⁊
dr̃. xxv. q. õe. j. ⁊
Math. xviij. ſi
ocul⁹ tu⁹ ſcãda
liſat te. ⁊c. Glo.

In manu et in oculo dextro pñt accipi frat' vxor ⁊ ppi/
quus. q̄ alias nō dꝫ dimitti sed dꝫ corrigi. vt extra d̄ di
uorcijs. q̄ſuit. ⁊ ifra. mlr ꝑ furto vł alio crimie viri. ſni
niſi religionē ſue fidei corrūge velit ab eo ſegari nō debꝫ
⁊ ſic patent obie
cta.

Ambro.

5 d ¶ Filij vrī quí
d̄ hac copula na
ſcūt. ⁊c. Item.
eſt h̄ qō vrꝫ na/
tꝰ ex p̄re fideli ⁊
mr̄e ifideli debe/ d
at ſeq̄ p̄rem aut

Ex ↄcilio meldenn.

matrē. Et ꝙ ma
trē videt. q̄ſi cī
p̄cedētibꝫ hitū ē
gꝰ ſeq̄tur vētrē

Que p̄miſſis ↄria videntur.

Itē ples ipncí/
pio mag' indigꝫ
matno ſolatō q̄
patno. gº magi
dꝫ relinq̄ marri

i. Cor. vij

ſꝫ mater ē iudea
vel ifidelis. Sꝫ
ↄ. xxviij. q. j. Iu
dei. ⁊ infra. illi q̄
ꝓcreati ſūt de in
fidelibꝫ mulieri
bus et fidelibus
viri. xp̄ianam ſe
quētur religiōeꝫ
ñ iudaicā ſupſti
tiōneꝫ. Rº. di. ꝙ
ꝓles aut ꝑuenit
ad adultā etateꝫ
aut nō. Si ꝑue/
nit cū ſal' ſua p̄
dat ex libera eiꝰ
volūtate. eiꝰ ē re

De emātō

q̄rēdꝰ ↄſēſꝰ. ⁊ ſi
nō vult ↄſentire
cū iuſticiā deus
nulli iuito tribu
at p̄t. cū infideli
matre vel patre
remāere. Si aūt
minorē. cū ſalus
ſua ſit a parenti
bus ꝓcurāda. q̄
etiā ad cultū dei
debuerūt ꝑcrea
re. ⁊ genuerūt fi
liū ire. recte fm
tus verꝰ ⁊ etiam
nouū. ſicut p̄ꝫ
de ↄuerſiōe ifide
liū ex lr̄is. dꝫ ſe/
qui fidelē i fauo
rē fidei ⁊ ſalutis
⁊ ꝓuuli ⁊ bōi ma

illa viuente alterā ducere ñ va
leat. Ambro. ei verba apl'i expo
nēs ait. Alioq̄n ſi diſcediti s ab
inuicē. ⁊ volētes cohitare dimit
titis ⁊ alijs vos copulatis. adul
teri eſtis. ⁊ᵒ filij vrī q̄ de hac co
pula naſcunt. imūdi. i. ſpurij ſūt
Itē ſiq̄s habuerit vxoreꝫ virgi
nē ante baptiſmuꝫ. viuente illa
poſt baptiſmū alterā hr̄e ñ pōt.
Crimia eñ in baptiſmo ſoluūt ñ
cōiugia. Sꝫ ecōtra Amb teſtat
Si ifidel' dic' apl's diſcedit diſce
dat. Nō ē eñ ſeruituti ſubiectꝰ
frat' aut ſoror in hꝰi. q̄ꝛ nō debe
tur reuerētia cōiugij ei q̄ horret
autorē cōiugij. Nō eñ ē ratum
mr̄imoniū qō ſine deuotiōe dei
ē. ⁊ iō nō ē pctm̄ ei q̄ dimittit ꝓ
pter deū. ſi alij ſe copulauerit.
Cōtumelia eñ creatoris ſoluit
ius mr̄imonij circa eū q̄ relinq̄
tur ne acculet' alij copulatꝰ. In
fidelis aūt diſcedēs ⁊ in deū pec
cat ⁊ in mr̄imoniū. nec ē ſeruan
da ei fides cōiugij. q̄ iō receſſit
ne audiret xp̄m eē deū xp̄ianoꝝ
cōiugiorū. Si vero ambo cre
e diderint. ꝑ cognitiōeꝫ dei cōfir
mat' ↄiugiū. ¶ Attēde hec p̄di
ctis ↄtraria poſſe videri. ita vt ſi
bi Amb. ↄtradicere videat'. Sꝫ
diſtinguēdū ē hic. aliud eē dimit
tere volētē cohitare. aliud dimit
ti ꝓpt' deū ab illo q̄ horret nom̄
xp̄i. ibi ei lex beniuolētie ñ ſuat'
hic veritas cuſtodit'. ⁊ iō cū lice
at dimittere volētē cohitare. ñ
tñ ea viuēte aliā ducere lꝫ. diſce
dentē vero ſeq̄ nō oportet. ⁊ ea
viuēte aliā ducere lꝫ. Sꝫ h̄ ñ ē in
telligendū niſi de his q̄ in infide
litate ſibi copulati ſt'. ſ ſi ad fidē
vterq̄ ↄuerſus ē. vel ſi vterq̄ fi
delis mr̄imōio ↄiūctꝰ ē. ⁊ pꝰ alt'
eoꝝ a fide diſceſſerit. ⁊ odio fidei

trimonij. nec p̄t mr̄ p̄cipe ꝓpt' ꝑuitatē q̄ indigeat eiꝰ ſo/
latio. nec allegare laborē ꝓpter ꝑiculū dānatōis q̄d imi
net ſi ip̄m detineat in infidelitatis errore. ⁊ h̄ totū ꝓbat'
ꝑ illō q̄d hr̄ i p̄dcā decreta. de ↄuerſiōe ifideliuꝫ. ex lr̄is.
6 c ¶ Si vº ābo crediderint ꝑ cognitionē dei ↄfirmatur

ↄiugiū. Ponat' ꝙ p̄mo credit vnꝰ ⁊ alter diſcedat ⁊ no
lit cohabitare. vel fornicetur ⁊ poſtea ↄuertatur. vtrū
reddēdus ſit ei vir ſuꝰ. an ille poſſit excipe de iniuria di
miſſionis vel fornicatōis. Et ꝙ debeat reddi videtur ꝑ

ↄiugē reliq̄rit. dimiſſus diſcedē
tē ñ comitabit'. nec tñ illa viuēte
alterā ducē poterit. q̄ꝛ iter eos
fuerat ratū cōiugiū qō ñ p̄t diſ
ſolui.
Manifeſtat mētiētes q̄ dicunt
ↄiugiū ñ eē int' fideles ⁊ q̄re. e
Sūt tñ nōnulli q̄ int' ifideles aſ
ſerūt ñ eē coniugiū. q̄ꝛ nec rata
nec legittia ē eoꝝ copula. Rata
nō ē. q̄ꝛ ſolui p̄t. Nec legittia. q̄ꝛ
apl's ait. Oē qō nō ē ex fide. pec
catū ē. Eoꝝ aūt ↄiūctio ñ ē ex fi
de. ⁊ iō pctm̄ ē. Nō ē ḡ ↄiugium.
q̄ꝛ nullū cōiugiū pctm̄ ē. Augꝰ. ↄ
ēt dicit. q̄ꝛ ñ ē vera pudicicia ifi
delis cū fideli. ſꝫ vera negat' eē
pudicicia. nō ꝙ infideliū ↄiugiū
ñ ſit veꝝ. ſ q̄ꝛ nō hꝫ illud triplex
bonū qō excuſat coitū ⁊ meret'
p̄miū. Itē illud apl'i. Oē qō ñ eſt
ex fide. pctm̄ ē. ñ ita itelligēduꝫ
ē. vt q̄cq̄d fit ab infidelibꝰ pctm̄
ſit. ſ oē qō fit ↄtra fidē. i. ↄſciam
male fit. ⁊ ad gehennā edificat.
vel i oī eo qō ifidel' facit peccat.
ñ q̄ꝛ illud facit. ſ q̄ꝛ nō eo mō il
lud facit q̄ dꝫ ñ referēs ad debi
tū finē. ¶ Copula ḡ maritalis q̄
ē int' ifideles ↄiugiū ē legittimū
ſ ñ ratū. legittimū q̄ꝛ ē int' legit
timas p̄ſonas. ſꝫ ñ ratū. q̄ꝛ ſine fi
de. Cōiugiū vº fideliū ē legitti
mū ⁊ ratū. ſi tñ legittie ſūt p̄ſone
ꝙ aūt legittia ſit infideliū ↄiun
ctio Aug. teſtat' dicēs. Uxor le
gittia ſocietate ↄiuncta ſine vl
la culpa relinq̄t'. ſi cū viro xp̄ia
no p̄manere noluerit. Ex h̄ ēt ꝓ
bat' ꝙ infideli ad fidem ↄuerſo
apl's ↄſuluit ifidelē ñ dimittere.
ꝙ ñ faceret ſi ñ eēt int' eos legit
timū cōiugiuꝫ. Legittimū ē qō
legali inſtitutōe vel ꝓuicie mo
ribus non contra iuſſionem do
mini contrahitur.

literā iſtā. Item
ꝙ nō poſſit exci
pere videtur. q̄ꝛ
in baptiſmo oia
ſūt dimiſſa quo
ad culpā ⁊ penā
Sed in ↄtrariū
videtur litt'a p̄
cedēs. q̄ꝛ ↄtume
lia creatoris ſol
uit. ergo ſi ſolu
tū eſt videtur ꝙ
altero nolente ñ
ſit reintegrandū
Itē ſi iſte fidelis
ſtatim vt dimiſ

Ro. xiij.

ſus fuit potuit
cōtrahere. ergo
ſtatim fuit abſo
lutus a ligamie
ergo nō videtur
qꝫ vxor potēſt
eum repetere.
Reſpondeo di
cendum quod
ſi coniuges ſuc
ceſſiue ad fidem
veniant. ſi neu
ter altez dimiſit
nec fornicatiōeꝫ
ↄmiſit. cōpellē
di ſūt iſimul co
habitare. ⁊ affe
ctiōe maritali ſe
inuicē tractare.
ſi aūt alt' ab alte
ro diſceſſerit re
fert q̄s. vtꝝ fide
lis ab infideli. ā
ecōuerſo. Si fi
delis ab infideli
h̄ libere potuit ⁊
ſine culpa. vñ il
lud i nullo ſibi p̄

Aug. li. de fide ⁊ operibus.

iudicat. Si ifide
lis ab infideli p̄t
fidelis etiā poſt
ꝙ̄ venit ad fideꝫ
excipe. ⁊ ſi vult
pōt eā recipere.

i. Cor. vij

tamē cōpelli nō
dꝫ. q̄ꝛ ſtatī ab eo
abſolutꝰ. Sꝫ de
fornicatōe diſti
guēdū q̄ꝛ p̄mo cō
uerſus aut dedit
occaſionē forni

cādi. vtpote q̄ꝛ repudiauit aut ñ. Si dedit. ñ p̄t ꝓpt' for
nicationē excipe. Si vº nō dedit. tūc p̄t excipe. Ad il
lud q̄d obꝛ ꝙ oia dimittūtur i baptiſmo. dicēdū ꝙ verū
eſt q̄tū ad deū ſꝫ nō oportet ꝙ dimittatur ita ꝙ libertati
ꝓximi iniuriet'. ⁊ ſic p̄ꝫ illud ſicut ſup̄ dcm̄ ē de p̄nis.

AD intelligentiã p̄ñtis diſtinctõis q̄r de ĩpedi/
mento qđ h̄z eẽ in m̄rimonio ex cult⁹ diſpitate.
Et de q̄ duo querũt̄ p̄ncipalit̄. P̄rio q̄r de diſ/
pitate cult⁹ ꝑ ↄparatiõem ad m̄rimoniũ ↄ̄ctionẽ. Scđo ꝑ
ↄparationẽ ad diſſolutõez. Circa p̄mũ q̄runt̄ q̄ttuor. P̄ri
mo q̄r vtrũ m̄rimoniũ poſſit ↄ̄hi inť fidelẽ ⁊ infidelem
Scđo q̄r vtrũ poſſit inter fidelẽ ⁊ infidelẽ. Tertio vtꝝ
m̄rimoniũ ↄ̄ctũ inter infideles excuſet a pctõ. Quarto
vtrũ m̄rimoniũ ↄtractũ ĩ infidelitate ponat̄ in numeꝝ
cũ matrimonio fidelũ.

Queſtio. j. a

Circa quã ſic ꝓcedit̄ ⁊ oñdit̄ ꝙ m̄rimoniũ poſſit con
trahi inter fidelẽ ⁊ infidelẽ. Et p̄mo exẽplo. q̄m̄ Joſeph
ↄ̄xit cũ muliere egyptiaca. nec rep̄hẽdit̄ ſicut dr̄ Geneſ.
xlj. Silr̄ Moyſes cũ ethiopiſſa ſicut innuit̄ Nume. xij
nec ip̄e rep̄hendit̄ ſicut dr̄. Itẽ hoc videt̄ auctẽ Deut̄. xxj
Si egreſſus ad pugnã videris mulierẽ pulchrã in me/
dio captiuoꝝ ⁊ adamaueris eã. intrabis ad eã
domũq̄ cũ ea. et erit vxor tua. ↄſtat ꝙ de infidelib⁹ lo/
quit̄. Itẽ p̄ma ad Coꝝ. vij. ſcrificat̄ mĺr infidelis ꝑ vi
rũ fidelẽ. ⁊ ecõuerſo. ḡ inter fideles ⁊ infideles ẽ cõiugiũ
ſanctũ. ḡ ⁊ licitũ. Itẽ rõe videt̄. q̄z diuerſitas ſiue diſ/
pitas moꝝ nõ ĩpedit m̄rimoniũ ↄtrahendũ. ḡ pari rõe
nec diuerſitas fidei ſiue cultus diuini m̄rimoniũ impe
dit. Itẽ m̄rimoniũ ẽ ſacr̄m cõe fidelib⁹ ⁊ infidelib⁹. ḡ
ſi ad oẽs ſe extẽdit. diſpitas ſiue talis repugnantia ip̄z
non tollit. Itẽ om̄e impedimẽtũ m̄rimonij ĩpedit pro
eo ꝙ obſiſtit alicui bono m̄rimonij. ſ3 cult⁹ diſpitas nec
nocet bono ꝓlis. q̄z pōt educari ad cultũ dei. nec fidei.
nec ſacri. ḡ nullo mõ ĩpedit. Cõtra ꝓbat̄ exẽplo j. Eſdre.
vlt. dr̄. ꝙ Eſdras ſeꝑauit viros ab vxorib⁹ alienigenis.
ḡ nõ erat inter eos m̄rimonium. Itẽ autoritate legis
Deut̄. vij. nõ ſociabis cũ eis ↄnubia. loquit̄ de infideli
bus ⁊ alienigenis. Itẽ Amb. in li. de p̄triarchis. Ca/
ue x̄piane gentili vel iudeo filiã tuã dare. Itẽ potiſ/
ſima diſtantia ẽ inter fideles ⁊ infideles. ſicut x̄pi ad be
lial. ⁊ lucis ad tenebras. Si ḡ in m̄rimonio magno eſt
vnio. nullũ pōt eſſe inter eos m̄rimoniũ. R̄o. dđm ꝙ in
7 veteri lege diſtinguẽdũ erat inter ĩfideles. q̄z q̄dam mu
lieres erat infideles de terra chanaan quaꝫ dñs ꝓmiſe/
rat filijs iſrl̄. ꝓpter illius gentis obſtinatiõꝫ in infideli/
tate. mãdauerat q̄ eas occidẽdas. ⁊ de talib⁹ ꝓhibitum
erat. Unde ſi q̄s de populo iſrl̄ cũ illis ↄtraheret. cũ eẽt
erat. Unde ſi q̄s de populo iſrl̄ cũ illis ↄtraheret. cũ eẽt
ↄtra dñi p̄ceptũ. nõ erat m̄rimoniũ. Quedã erãt infide
les de alijs nationib⁹. ⁊ de talib⁹ nõ erat ꝓhibitũ. ſ3 per/
miſſũ ⁊ ↄceſſũ n. vbi ñ timebat̄ lapſus in idolatriaꝫ. ſic
in Joſeph ⁊ Moyſe. Rõ aũt q̄re ꝓhibuit gentes illas
⁊ nõ alias fuit duplex. Una quia iudicauerat oẽs reos
mortis. Alia q̄z obſtinate erãt in malo. In nouo teſta.
8 alio mõ eſt. q̄z infidelis ẽ duplx̄. Aut q̄z caret fide. aut q̄z
fidei ſacro. Si q̄z fide tm̄. ſic talis diſpitas vbi nota eſt
impedit m̄rimoniũ. ſ3 nõ dirimit iam ↄtractũ. vt ſi ca/
tholicus ↄtrahat cũ heretica baptiſata. Si aũt ſit infi/
delis. q̄z caret fidei ſacro. vtputa baptiſmo. q̄z ſacroꝝ
eccliaſticoꝝ ⁊ fideliũ ianua ⁊ fundamẽtũ ẽ baptiſm⁹. fi/
delis q̄ ↄtrahere h̄z ſm̄ ſacra eccl̄ie. ſi cũ tali ↄtrahat ni/
hil facit. vel ſi ſit fidelis. dũ tñ nõ habeat baptiſmũ. vñ
dirimit iã ↄtractũ. Cult⁹ vo diſpitas p̄ſtat ĩpedimẽtuꝫ
ĩ lege veteri. nõ ſimplr̄ ſ3 vbi metuebat̄ piculũ ⁊ diuinũ
aderat iudiciũ. ⁊ ſup h̄ additũ erat mandatũ. ſic ⁊ in no
ua impedit nõ ſimpliciť ſiue de ſe. ſ3 ob vitatiõeꝫ piculi
et diuerſitatẽ ſacri baptiſmi. ⁊ inhibitiõm eccliaſtici ſta
tuti. q̄z om̄ũ h̄z a duob⁹ p̄dictis. ⁊ ſic patẽt duo p̄ma ob/
9 iecta. Ad illud aũt ꝙ obr̄ ꝙ ſcrificat̄ mĺr. dđm ꝙ non
loquit̄ apl̄s de m̄rimonio ↄ̄cto añ cult⁹ diſpitatẽ qđ di
cit manere. q̄z fideles viri plerũq̄ ſaluãt occaſionaliter
ſiue ſanctificãt mulierẽ. ſicut fides ꝑentũ filios. Ad 10
illud qđ obr̄ de diſpitate moꝝ ⁊c. dđm ꝙ nõ ẽ ſilr̄. q̄z diſ/
pitas fidei facit diſpitatem ſacroꝝ. nõ ſic diſpitas moꝝ
q̄z boni ⁊ mali ↄueniũt in ſacris. Non tñ diſpitas fidei
ſemꝑ facit diſpitatẽ in ſacris. ſed caten⁹ q̄ten⁹ facit pi/
culoſiorẽ. Ad illud qđ obr̄ ꝙ ẽ rõe vtriuſq̄. dđ q̄ea/ 11
tenus ẽ cõe q̄tenus ẽ legis nature. ſ3 nõ inq̄ntũ eccl̄ie. ⁊ ſi
fidelis ↄtrahit. ſacr̄m eius iã ẽ eccl̄ie. ĩo in h̄ nõ cõicat cũ
infideli imo multũ diſtat. Ad illud qđ obr̄ ꝙ ñ eſt ↄ
aliqđ bonũ m̄rimonij. dđm ꝙ falſũ eſt. imo cõtra bonũ 12
ꝓlis. q̄z alter cõiuguꝫ de facilĩ p̄t impediri ne ꝓles dño
dedicet̄. Eſt etiã ↄtra bonũ fidei ꝓpter piculũ fidei. Eſt
etiã ↄtra bonũ ſacramenti. q̄z ex p̄te fidelis m̄rimoniuꝫ
natũ eſt eſſe ratũ ⁊ inſolubile. cũ ſit fundatũ ſup ſacr̄m fi
dei. ñ ex alia p̄te ↄtractũ. q̄z nõ h̄z fundamẽtũ. ⁊ ſic p̄z.

Queſtio. ij. b

Utrũ ſacr̄m m̄rimonij ſit inter fidelẽ ⁊ infidelẽ. Et ꝙ
ſit innuit apl̄s. j. ad Coꝝ. vij. Si q̄s frater h̄z vxorẽ in/
fidelẽ vocat vxorẽ cui cohabitandũ. ſed nõ fuit vxor ꝑ/
pter ↄtractionẽ q̄ fuit poſt fidẽ ſed ante. ḡ ⁊c. Itẽ rõe
videt̄. q̄z m̄rimoniũ ẽ de dictamie legis nature. ſ3 lex na
ture cõis eſt apud oẽs. ḡ ⁊c. Itẽ m̄rimoniũ diffinitur
ſic. m̄rimoniũ eſt maris ⁊ femine cõiunctio indiuiduaꝫ
vite ↄſuetudinẽ retinẽs. Sed h̄ ẽ inter infideles. ḡ ⁊c.
Itẽ infideles ⁊ heretici habẽt vera ſacramẽta eccl̄ie q̄
uis nõ habeãt fidẽ. ⁊ habẽt verboꝝ formã. ḡ ſi m̄rimoni
um apud fideles ↄtrahit̄ ꝑ v̄ba exp̄mentia cõſenſum. et
talis forma eſt apud infideles. ḡ ⁊ m̄rimonij ſacramẽtũ
Contra. xxviij. q. j. nõ ẽ ratũ ↄiugiũ qđ ſine deo ẽ. ſ3 ta/
le ẽ ↄiugiũ infideliũ. ḡ nõ ẽ ratũ. ḡ non ẽ m̄rimonium.
Itẽ Amb. ibidẽ non ẽ putandũ ↄiugiũ qđ extra deũ de
cretũ eſt factũ. ſed tale ẽ cõiugiũ infideliũ. ḡ ⁊c. Item
m̄rimoniũ eſt ſacr̄m eccl̄ie. ſed baptiſm⁹ ẽ fundamẽtũ ſa
cramẽtoꝝ eccl̄ie. ḡ ñ h̄ñtes baptiſmũ nõ h̄ñt m̄rimoniuꝫ
Itẽ m̄rimoniũ eſt ſacr̄m ⁊ ſignũ vniõis dei ⁊ aĩe. ſiue
diuine nature ⁊ hũane. ſ3 hanc nõ p̄cipiũt infideles nec 13
credũt. ḡ nõ ẽ coꝝ ſacr̄m. R̄o. dđm ꝙ m̄rimoniũ ẽ in/
ſtitutũ in officiũ ⁊ in remediũ. ⁊ in ſacr̄m. ⁊ iſta tria cõ/
plete habet ſm̄ ꝙ eſt apud fideles. Apud infideles v̄o
h̄z iſta ſm̄ rõnẽ ſemiplenã. Nã ẽ in officiũ. q̄z eſt ꝓcrea/
tio ꝓlis legittime. ſed nõ ad cultũ dei. apud fideles aũt
ad cultũ dei. Eſt ĩ remediũ. q̄z excuſat coitũ a culpa mor
tali. Et rurſus dat̄ ibi g̃ra remittẽs cõcupiſcẽtiã rõe h̄ñ
dictionis adiuncte. Apud infideles vero maritali af/
fectu vxores cognoſcẽtes ẽ excuſatio a culpa. ſed nõ dat̄
gratia apud infideles. Utrũq̄ eſt ita ſacr̄m. quia ſignat
vnionẽ dei ⁊ anime. ſiue vnionẽ diuine nature ⁊ huma/
ne. nõ tm̄ aptitudine ſed actu. Apud infideles vero ap
titudine tm̄. ⁊ p̄terea rõ ſacramenti maxime cõſiſtit ĩ ra
tificatione vinculi. apud infideles aũt vinculũ non h̄z
ratificationẽ ꝑfectã. Unde diſtinguit̄. xxviij. q. j. qđdaꝫ 14
matrimoniũ ratũ ⁊ legittimũ vt fideliũ. Quoddã legit
timũ ſed ñ ratũ vt infideliũ. Quoddã ratũ ſed nõ legit
timũ vt m̄rimoniũ contractũ a fidelibus in occulto. ſi 15
aũt querat̄ quare matrimonium infidelium non eſt ra
tũ. dicendum ꝙ hoc eſt propter defectum ſacramenti fi/
dei. ⁊ propter ſtatum. quia in tali iunctus eſt vxori in
dei. ⁊ propter ſtatum. quia in tali iunctus eſt vxori in
quo poteſt vinciri vinculo fortiori. ſcilicꝫ ſuſcipiendo
ſacramentum baptiſmi et chriſto alligari. a q̄ ſtatu ne/
mo poteſt prohibere. Et ideo poteſt in caſu illud vin/
culum infirmari. Habet enim ratitudinem vt illo ſta/
tu in vtroq̄ manente non poſſit ſolui. Et per hoc p̄z

16 reſponſio ad illud Augu. nō ē ratū ⁊c. ¶ Ad illud qđ
obr̄ de Ambro. dōm ꝙ illud intelligēdū ē ſicut extra de/
17 cretū. i. ꝯtra mādatū diuinū. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ ē ſa
cramētū eccleſie. dōm ꝙ verꝫ ē. ſꝫ nō tm̄ eccleſie ſꝫ etiam
legis nature. ¶ Ad illud qđ obr̄ de ſignatōe. dōm ꝙ et
18 ſi n̄ actu repſentet. tn̄ hītu. ⁊ hoc ſufficit ad h̄ ꝙ ſit ſacr̄m
¶ Uel dic ꝙ actu repſentat licet nemo ꝑcipiat.

Queſtio. iij.

¶ Utrū m̄rimoniū infideliū excuſet coitū ſiue ꝯiugalēꝫ
actū vt nō ſit ibi peccatū. Et ꝙ nō vr̄. Roma. xiiij. Oē
qđ nō eſt ex fide pctm̄ ē. ſꝫ act⁹ cōiugalis apud infideleſ
nō ē ex fide. ergo ē peccatuꝫ. Si tu dicas ꝙ ibi appellat̄
fides ꝯſcia. ⁊ illud nō dicit̄ eē ex fide. q2 ē ꝯtra ꝯſciam.
ſicut exponit mgr̄ in lr̄a. Obr̄ tūc de gloſa q̄ exponit ꝙ
oīs vita infideliuꝫ ē peccatū. ergo ⁊ vita m̄rimonialis
peccatū ē. ergo m̄rimoniū nō excuſat a pctō. Itē. xxviij.
q. j. c. j. nō ē vera pudicicia infidelis cū ꝯiuge ſua. ⁊ eſt
verbū Aug. ergo infidelis nō cognoſcit ꝯiugē ſuā pu/
dice. ⁊ cognoſcit pudice vel impudice. ergo impudice.
ergo coitus ei⁹ nō ē ſine pctō. ¶ Itēꝫ ſacra eccleſiaſtica
apud hereticos q̄uis ſint vacia nō tn̄ ſunt vtilia. qm̄ ⁊
ſi habeāt formā. tn̄ ꝓpt̄ infidelitatē nullā h̄nt efficaciāꝫ
ergo pari rōne apud infideles. ¶ Itē heretic⁹ baptiſan
do peccat mortalit̄. q2 nō baptiſat vt ad cultū dei ꝑdu/
cat. ſꝫ vt ad errorē trahat. Sꝫ infideles nō ꝓcreāt ꝓleꝫ
ad cultū dei. ſꝫ poti⁹ ad ꝑmanēdū in ſuis tenebris ⁊ erro
rib⁹. ergo peccāt coeūdo ꝓpter ꝓlē. ſed null⁹ coit⁹ ē iſto
honeſtior q̄ fit ꝓpt̄ ꝓlem h̄ndam. ergo null⁹ coit⁹ in in/
fidelib⁹ fit ſine pctō. ¶ Cōtra. Triplex ē ꝯs ꝯtinētie. ſ.
v̄ginalis. vidualis. et ꝯiugalis. ſꝫ infideles ꝯtinentia
v̄ginali ꝯtinēdo nō peccāt. ſilr̄ ꝯtinentia viduali. ergo
pari rōe nec continentia coniugali. Sed iſta ē in reddē
do et petendo debitum vxori. ergo ⁊c. ¶ Item infidelis
qui habet vxorem ⁊ cognoſcit eam affectu maritali
cognoſcit ſuam ordinato affectu. ſed actus tranſiens
ſup debitam materiam cū ordinatōne affectus eſt abſqꝫ
pctō. ergo actus ꝯiugalis in infidelib⁹ ē abſqꝫ pctō.
¶ Itē m̄rimoniū excuſat a pctō. aut ḡ inquantū ſacr̄m
legis nature. aut inquantū ſacr̄m eccl̄ie. Si inquantuꝫ
ſacr̄m legis nature. ergo cū hoc mō ſit apud infideles. ḡ
excuſat coꝝ coitū. Si inq̄ꝫtū ſacr̄m eccleſie ſolū. ḡ nō ex/
cuſauit ante aduentū xp̄i. ḡ quodqđ ante aduentuꝫ xp̄i
vxores cognauerūt. fornicatores fuerūt. ḡ cum h̄ ſit ne/
phas dicere. redit p̄mum ¶ Itē vbi eſt m̄rimonium ibi
eſt mutua obligatio. ḡ cum apud infideles ſit m̄rimo/
nium. ergo ē ibi mutua obligatio. ḡ alter alteri tenetur
debitū reddere. ſed nullus peccat faciēdo id ad qđ tene/
tur. niſi per malam voluntatem illud deprauet. ḡ ille q̄
19 reddit debitū vxori ſue non peccat. R⁹. dōm ꝙ ſicut ta/
ctum eſt in precedenti ꝓbleumate. m̄rimonium infide/
lium eſt remediū ſemiplenū. ⁊ ratio huius eſt quia bo/
na m̄rimonij imperfecte ſunt ibi. tū quia deficit in eis
ſacr̄m fidei. Quia deficit fidei ſacr̄m. ideo non eſt perfe/
ctū ſacramentū ſiue vinculū. cum poſſit fortiori vincu
lo ligari. Quia deficit fides. ideo nō eſt ꝑfectū remediū
in eis. quia ſine fide impoſſibile eſt deo placere. ⁊ q̄uis
ſine fide poſſit quis in aliquo actu vitare peccatū. quia
nō agit malū. tamē impoſſibile ē mereri p̄miū. Un̄ ſicut
20 aliter eſt apud infideles cōtinentia ⁊ aliter apud fide/
les. q2 fideles ꝑ pudiciciā ⁊ vitāt penā ⁊ acq̄rūt palmāꝫ
illi vero ⁊ ſi vitent penam cū a malo ceſſant. nō tn̄ acq̄/
rūt palmā. ſic in m̄rimonio intelligendū. q2 apud fide/
les tū ꝓpter merita fidei. tū ꝓpter b̄ndictioem eccl̄ie. nō

ſolū dat̄ remediū qđ p̄ſeruat a culpa. ſed etiā dat̄ grām q̄
remittit ꝯcupiām. apud infideles vo nullo oīno dat̄ ḡ
tia. tn̄ quia ꝯiungunt̄ ſm̄ diuinū ſtatutū vitāt culpā. ni
ſi affectio libidinoſa interueniat. que etiā apud xp̄ianos
actū ꝯiugalē fedat. ⁊ ſic cōcedēde ſūt rōnes oñdentes ꝙ
m̄rimoniū apud infideles aliq̄ mō coitū excuſat. ¶ Ad 21
illud ḡ qđ obr̄ ꝙ non ē ex fide. ḡ eſt pctm̄. dōm ꝙ illud i
telligit̄ ſicut p̄dictū ē. ⁊ patet ex glo. qđ nō ē ex fide. i. cō/
tra cōſciam. q2 q̄ facit ꝯtra cōſciam edificat ad gehennā
Sed qđ ſubiūgit ꝙ oīs vita infideliū ē pctm̄. h̄ dictū ē
ꝑ ꝯcomitantiā. q2 nūq̄ꝫ ē ſine pctō ꝓ eo ꝙ ſola fide puri
ficent̄ pctā. ⁊ iō q̄c q̄d faciāt q̄ꝫdiu ſine fide ſūt. abſqꝫ pctō
eē nō p̄nt. ¶ Ad illud ꝙ obr̄ ꝙ vera pudicitia nō ē infi/ 22
delis ⁊c. dōm ꝙ vera tm̄ valet q̄ꝫtū ꝑfecta. vn̄ d2 nō eē ve
ra. q2 nō eſt ꝑfecta. ſed iſta expoſitio aliquātulū ē extra/
nea. ⁊ iō dōm ē ꝙ nō ē vera pudicitia. q2 nō h̄ꝫ verꝫ ⁊ ꝓ/
pꝛium effectū virtutis. ſicut nō ē verꝫ vinū qđ nō h̄ꝫ ꝯpa/
tionē vini. Cōparatio aūt ſiue effect⁹ virtutis ē q2 facit de
clinare a malo ⁊ per hoc vitat penā. facit etiā qđ bonuꝫ
ē ⁊ ꝑ hoc acq̄rit gloriā. ⁊ q̄uis apud infideles poſſit re
periri p̄miū. nō tn̄ ſcōm. iō pudicitia nō ē vera virtus apō
cos. ⁊ h̄ eſt qđ dicit Aug. vbi deeſt cognitio eterne ⁊ in/
cōmutabilis veritatis. falſa ē v̄tus etiā in optimis mo
rib⁹. ¶ Ad illud qđ obr̄ ꝙ ſacra eccl̄ie nō h̄nt efficaciam 23
apud hereticos. dōm ꝙ nō ē ſilr̄ de m̄rimonio ⁊ alijs ſa/
cramentis. nā in alijs p̄ſtat̄ remediū ꝯ morbū q̄ iā ineſt
Unde in alijs dat̄ gra vl̄ effect⁹ grē. q̄ mediāte curat̄ aīa
a morbi corruptela In m̄rimōio āt inq̄ꝫtū ſacr̄ꝫ legis na
ture dat̄ remediū p̄ſeruatiuū a culpa ne q̄s i cognoſcen/
do mulierē peccet. ſꝫ inq̄ꝫtū ē ſacr̄m eccl̄ie rōne b̄ndictōis
annexe dr̄ etiā grām digne accedentib⁹. qm̄ ḡ īfideles n̄
ſuſcipiūt grām grātū facientē nec eius effectū q̄ꝫdiu ſūt in i/
fidelitate. iō alia ſacr̄a n̄ p̄ſtāt eis remediū. h̄ vo ſolū pōt
eis p̄ſtare. ſꝫ n̄ ꝑfectū ſꝫ ſolū ad cauēdū malū ¶ Ad illđ 24
qđ obr̄ ꝙ heretic⁹ baptiſādo peccat mortalit̄. dōꝫ ꝙ pec
cat q2 vſurpat qđ ſuū n̄ ē. ⁊ q2 ſi actualit̄ intēdat ad erro
rem ꝑducere. tūc ḡui⁹ peccat. ſꝫ ſic p̄t eē ꝙ aliq̄s heretic⁹
baptiſet n̄ itēdēs hoiem ꝑducere ad errorē. ſic pōt eē ꝙ a
liq̄s generet ꝓlē n̄ itēdēs ad cultū idoloꝝ ꝯtrahere. ſꝫ ſo
lū itēdēs poſteritatē hr̄e. ⁊ h̄ q̄dē q2 caret intētōe forma/
ta nō h̄ꝫ ꝑfecte bonū ꝓlis nec meritū. q2 cū n̄ habeat in/
tentionē formatā. iō nō h̄ꝫ demeritū. ⁊ iō tales filij iudi/
cari p̄nt legittimi. qđ ē ſignū. q2 m̄rimonialit̄ ſūt ḡnati
aliter eī iudicarent̄ illegitimi. Eſt eī q̄druplex dr̄ia fili/
orū. ita apud infideles ſicut apō fideles. Quidā eñ ſūt 25
naturales ⁊ legittimi. vt q̄ d legittimis vxorib⁹ ḡnant̄. ⁊
iſti dn̄t ⁊ p̄nt ſuccedere in bonis. Quidā legittimi ſꝫ nō
naturales. vt filij adoptiui. ⁊ iſti ſilr̄ p̄nt ſuccedere. qui
dā naturales ſꝫ n̄ legittimi. vt illi q̄ nati ſūt de cōcubinis
Quidā ſūt nec legittimi nec naturales. vt ſūt illi q̄ d ad
ulterio ſūt nati vel etiā de inceſtu. ¶ Queſtio. iiij.
¶ Utrū m̄rimoniū ante baptiſmū ponat in numerum
cū m̄rimonio ꝯtracto poſt baptiſmū. ita ꝙ talis iudice
tur bigam⁹. Et ꝙ nō vr̄. Hiero. ſup epl̄am ad Thimo.
Si vnā habuit ante baptiſmū. alterā poſt baptiſmū. n̄
eſt putand⁹ bigam⁹. Itē h̄ ip̄m oñdit̄ rōe Hiero. Prou/
ſus innouato ꝑ baptiſmū oīa vetera ſūt dimiſſa. ḡ cum
tale cōiugiū ⁊ talis actus cōiugalis ad ſtatū vetuſtatis
ꝑtineat. ergo habetur tanq̄ꝫ ſi nō fuerit. ergo nec cōpu/
tatur cum matrimonio ſubſequenti. ¶ Itē ordinatus
añ baptiſmū ⁊ ordinat⁹ p⁹ baptiſmū n̄ eſt bis ordinat⁹
etiam ſi ordinetur ab alio ⁊ alio. ergo pari rōne cōiuga
tus poſt non eſt bis coniugatus. etiam ſi contrahat
cum alia ⁊ alia. ¶ Item ſm̄ quid non connumeratur

ei quod ē ſimpliciter · ſed vinculum matrimoniale eſt
vinculū ante baptiſmū imꝑfectum ⁊ ſm q̄d · poſt baptiſ
ma eſt ꝑfectū · ergo nō dꝫ vnum alteri cōnumerari · ꝗ ⁊c̄ ·
¶ Contra · Aug · ſuper epiſtolam ad Thimo · qui an/
te baptiſmū habuit vnam ⁊ poſt baptiſmū aliam · nō eſt
reputandus niſi bigamus · Item hoc videt̄ ratione ſua ·
In baptiſmate crimina abolentur · non qd̄ honeſtum ē
vtpote federatio cōiugalis · ergo ſi nō abolet̄ adhuc ma
net · ⁊ iudicatur iſte fuiſſe ꝯiugat⁹ · ergo ſi iterū ꝯtrahat
eſt iudicandus bigamus · ¶ Itē virgo q̄ corrupta fuit
carne an̄ baptiſmū · ſꝫ p⁹ iudicat̄ corrupta · ⁊ nunq̄ po
terit inter ꝟgines ꝯſecrari · ⁊ hoc q̄ꝛ amiſſio ꝟginitatis
reſpicit aliq̄d ex ꝑte carnis qd̄ nunq̄ p̄t recuperari · ꝗ cū
bigamia reſpiciat diuiſionē carnis · pꝫ ⁊c̄ · Itē ſi bapti/
ſatus apd̄ hereticos iterū baptiſet̄ ꝯtra eſt ſi ſe iterat bap
tiſmū ⁊ ē puniend⁹ pn̄ia rebaptiſati · ꝗ cū ꝯiugiū ſit vnū
26 apud infideles · q̄ iterū ꝯbit iterat mr̄imoniū · ꝗ nō p̄t eē
niſi bigam⁹ ¶ R̄ᵒ dōꝫ · ꝙ ſicut expꝛſſe apparet Hieron̄ · ⁊
Aug⁹ · hᵒ fuerūt ꝯrie opinati · ⁊ niſi q̄s velit diſtorquere
ꝟba nō video quō poſſint reduci ad ꝯcordiā · Ideo eni
in hoc habuerūt opiniones ꝯrias q̄ꝛ fūdati ſunt ſuꝑ di
uerſa · Hiero · eni voluit ꝙ oīs vita infideliū eēꝫ culpa
⁊ ꝙ mr̄imoniū infideliū ad veterē hoīem ꝑtineret · ⁊ q̄ꝛ i
baptiſmo expoliat̄ vet⁹ hō cū actib⁹ ſuis ⁊ induit̄ nou⁹ ·
hinc ē ꝙ dixit ꝙ ſicut pctā ꝑterita iſti n̄ imputātur · nec
cōputatur · ſic etiā nec ꝯiugia · Aug⁹ ꝟo poſuit ꝙ ꝯiu/
gia infideliū ⁊ ſi nō eēnt meritoꝛia · nō tamē erāt culpa/
bilia · imo erāt licita ⁊ bona · ⁊ hoc patet · q̄ꝛ dn̄s inſtitu
it ⁊ ius naturale dictat · ⁊ vlteri⁹ ap̄ls cōfirmat q̄ dicit
vxoꝛē infidelē nō eſſe dimittēdā · ⁊ q̄ꝛ licita ſūt · hinc ē ꝙ
ꝑ baptiſmū nō delent̄ · Et qm̄ Aug⁹ · meli⁹ habuit fun/
damētū ⁊ veri⁹ · hinc ē ꝙ veri⁹ ⁊ ſan⁹ dixit · ⁊ ideo cano
nes poſitōi Aug⁹ · cōcoꝛdāt · ⁊ illud nunc tenet eccleſia
ꝙ matrimoniū ante baptiſmū ꝯtractū cū vna · ⁊ p⁹ ba/
ptiſmū cū alia facit bigamū · ſicut expꝛſſe dr̄ diſt · xxxiij ·
Si q̄s viduā licet laycus duxerit vxoꝛē · ſeu an̄ baptiſ/
mū ſeu p⁹ baptiſmū · nō admittat̄ ad clericatū · In bap/
tiſmate eni crimia dimittūtur · nō accepte vxoꝛis ꝯſoꝛ/
27 tium relaxat̄ · ¶ Ad illud ꝗ qd̄ p̄mo obr̄ ⁊ ſecūdo · dōm
ꝙ illud iā ſolutū ē · q̄ꝛ nec autoꝛitas Hiero · hꝫ robur ·
28 nec rō ſua · vn̄ opinādo dixit nō aſſerendo · ¶ Ad illud
qd̄ obr̄ de oꝛdinato an̄ baptiſmū ⁊ poſt · dōm ꝙ nō eſt ſi
mile · q̄ꝛ i oꝛdīe imp̄mit̄ caracter · q̄ nō p̄t alicui dari niſi
habeat caracterē baptiſmalē · ſicut i p̄cedētib⁹ ꝓbatū eſt
⁊ oſtenſū · Vn̄ q̄ oꝛdinat̄ an̄ baptiſmū nō ē oꝛdinat⁹ · ideo
cū oꝛdinat̄ p⁹ baptiſmū ſemel tm̄ eſt oꝛdinat⁹ · non ſic ē
29 de matrimonio · q̄ꝛ eni ibi nō imp̄mit̄ caracter · ideo n̄ p̄t
ꝯbi an̄ baptiſmū · ⁊ an̄ ꝯiugat⁹ ē q̄ baptiſatus · ¶ Ad
illud quod obijcitur ꝙ eſt ſm quid · dicendū ꝙ dupli/
citer eſt ſm quid · Vnū quod diminuit ab eſſe · aliud q̄d
diminuit ad eſſe perfecto · Primum quod diminuit ab
eſſe non ponit in numerum · cum eni non participet eē
non pōt cōnumerari alijs i illo eſſe · Aliud vero p̄t et ta/
le eſt matrimoniū infidelium · qd̄ quidem habet rōnem
coniugij ⁊ diffinitionē · licet nō habeat in tanta perfecti
one quanta habet eſſe matrimonium fideliū

Conſequēter q̄ritur ad ſecūdum articulū queri
tur de diſparitate cultus ꝑ cōparationē ad ma
trimonij ſolutionē · ⁊ circa hoc q̄runt̄ quattuoꝛ
Primo queritur · vtrū altero veniente ad fidē · altero re
manēte in infidelitate ſoluat̄ mr̄imoniū q̄tū ad fideles
Secūdo vtrū ſoluat̄ q̄ntū ad infideles · Tercio vtrū ſol
uatur cum alter coniugum ſit infidelis · Quarto · vtrū
vtroqꝫ veniente ad fidem ſoluatur matrimonium ꝓpt
ꝑlonatū illegitimitatem ·

¶ Queſtio j e
Circa quā ſic p̄ceditur ⁊ oſtēditur ꝙ mr̄imoniū ſoluat̄
q̄tū ad ꝑmanentē i fide · j · Coꝛ · vij · Et ſi infidel' diſcedit
⁊c̄ · Nō eni ē ſeruituti ſubiectus frater ⁊ ſoroꝛ in hmōi ·
Sup quē locū dicit ambꝛo · Cōtumelia creatoꝛis ſoluit
mr̄imoniū i eo q̄ relinq̄tur ne accuſet̄ illi copulat⁹ · Itē
mr̄imoniū nō ē ratū ſine ſacro baptiſmi · ſꝫ qd̄ ē ratū ſol
uit̄ ꝑ foꝛnicatōem coꝛꝑalē · ꝗ mlto foꝛti⁹ qd̄ nō ē ratū · ꝗ ⁊
ꝑ foꝛnicationē ſp̄ualē · Qd̄ aūt ratū ſit ꝑ baptiſmū pꝫ ꝑ
Inno · ex̄ de diuoꝛcijs · Quāto te nouim⁹ · Sacrm̄ inq̄t
baptiſmi qd̄ ſemel ē admiſſū ratū efficit coniugij ſacrm̄ ·
Itē mulier non p̄t ꝓhibere virū vt nō ꝯuertat̄ ad fidem
ꝗ ſi nō vult ſeq̄ vel cohabitare nō p̄t ꝓhiberi vt nō ꝯtra
hat cū vir ad ꝯtinētiā nō teneat̄ · Itē foꝛti⁹ vinculū ſol/
uit minus vbi minimū repugnat · ſꝫ foꝛtioꝛi vinculo te
net̄ baptiſatus deo q̄ vxoꝛi infideli · ꝗ vbi mulier nō cō
coꝛdat ei ſoluit̄ vīculū ab ipa · Cōtra · j · ad Coꝛ · vij · Si
q̄s vir hꝫ infidelē vxoꝛē nō dimittat eā ſi cōſentit coha/
bitare · ꝗ mr̄imoniū ē adhuc int̄ eos · ꝗ nec vinclm̄ ſoluit̄
nec cohabitatio diuidit̄ altero cōuerſo · Itē mr̄imoniū
ꝯſummatū ꝑ carnis cōmixtionē ſignat vnionē natura/
rū in xp̄o · ſꝫ illa ē oīno inſolubilis · ergo ⁊ tale mr̄imoni
um · ergo ſi carnaliter ſūt cōmixti · tale vinculū nō p̄t ſol
ui · Itē qd̄ rectū ē ꝑ fidei ſacramētū nō infirmat̄ ſꝫ cōfir/
matur · ſꝫ inter duos infideles recte ꝯtractū ē mr̄imoni
um · ꝗ nunq̄ infirmat̄ ſi ꝑſiſtāt i infidelitate · ergo nec ſi
alter veniat ad fidē · Itē ſi alter ꝯiugū trāſeat ad frugē
melioꝛis vite (vtpote ad religionē) nō ſoluit̄ matrimo/
niū cōfirmatū · ergo nec ſi trāſit ad fidē · ¶ Rᵒ · dōm ꝙ lo 30
quendo de ſolutōe q̄tū ad cohabitationē ⁊ mutuā ſui/
tutē hoc ē in ꝑtāte fidel' · ſꝫ loq̄ēdo de ſolutōe q̄tum ad
ruptionē vinculi · diſtinguēdū ē · qm̄ infidelis aut vult
cohabitare aut nō · Si vult cohabitare · aut cū blaſphe
mia nomīs xp̄i · aut ſine · Si ſine · aut vt ꝑtrahat ad infi
delitatē · aut n̄ · Si vult cohabitare ſine blaſphemia no/
minis xp̄i · ⁊ ita ꝙ nō ꝑtrahat ad peccatū · nō ſoluit̄ ma/
trimoniū · q̄ꝛ nec iniuriat̄ nec facit ꝯtumeliā dō · nec ma
trimonio · nec marito · Si aūt diſcedit vel non vult co/
habitare ſine cōtumelia creatoꝛis · vel ſine impulſione
ad infidelitatē · in his trib⁹ caſib⁹ p̄t a fideli dimitti · ⁊ ꝑ
ꝯtumeliā factā matrimonio ⁊ creatoꝛi vinculū p̄t fran
gi · ⁊ p̄t cū alia ꝯhere vt dr̄ Amb · extra d̄ diuoꝛcijs Quā 31
to te noui · ⁊ gaudem⁹ · Cōcedo igit̄ ꝙ ſolutionē mr̄imo
nij ꝯctā in infidelitate tria faciūt · Primū ē ipſi⁹ imbe/
cillitas · Secūdū eſt cultus diſparitas · Terciū creato/
ris vel matrimonij iniuria · Primū reddit poſſibile ad
ſolutionē · ſecūdū diſponit ⁊ terciū diſſoluit Matrimo
nij imbecillitas eſt rōne ſignatōis impfecte quāꝫ habet
apud infideles · ⁊ rōne defectus baptiſmi · Vn̄ dr̄ ꝙ illō
mr̄imoniū ē legittimū ſꝫ n̄ ratū · q̄ꝛ vt dr̄ Inno · ſacrꝫ fidi
· i · baptiſmi qd̄ ſel' admiſſū ē ratū effic̄ ſacrꝫ ꝯiugij ex ꝑte
ſ · ſuſcipiētiſ ē itelligēdū · ⁊ h̄ ē q̄ꝛ ifideles n̄ p̄nt ita ligari i
īdiuiduā vite ꝯſuetudinē q̄n alt̄ poſſit trāſire ad fidē · et
ita ſi n̄ vult coo̅rari · p̄t ſimpl'r ſepari cū ꝑfecta fides ad/
uenit ſuſcipiēdo ſacrꝫ fidi · Cult⁹ diſparitas eſt ſcda rō · q̄ꝛ
tūc aducit alt̄i ꝑſōe foꝛti⁹ viclꝫ · Iniuria mr̄imōij ſiue di
ē · cū n̄ vlt cohitare · aut n̄ ſine ꝯtūelia creatoꝛiſ · ⁊ tūc vin
culū illō ſoluit̄ q̄ꝛ repugt̄ vīculo q̄ fidel' alligat̄ dō · Cō/
cedēde ſt̄ ꝗ rōes ꝓbātes ꝙ ſoluit̄ mr̄imōiū his ꝯcurrēti
bus · ⁊ patēt rōes ad oppōitū · Qd̄ ei dr̄ ap̄ls · h̄ ve ē qn̄
mlier vlt hitare i pace ſine ꝯtūelia di · Aliō pꝫ · q̄ꝛ ⁊ ſi ſit
ꝯſūmatū · n̄ tn̄ ē ratū · nec hꝫ apd̄ ifideles plenā ſigtōem 32
nec ſtabile fūdamētū · ¶ Ad illō qd̄ obr̄ ꝙ fides n̄ īfirmat̄
rectū · dōm ꝙ verū ē eaten⁹ q̄ten⁹ rectū ē · ſꝫ eaten⁹ q̄ten⁹
eſt via ad obliq̄tatē · vt ſi mlier nolit cohitare niſi vir ꝑ

trahaſ ad malū·tūc ſoluit·'Ultimum patet·q̄ꝛ ille tres
cauſe nō cōcurrūt cū aliq̄s trāſit ad frugē melioꝛis vite

¶ Queſtio ij· f

¶ Utrū ſoluaſ matrimoniū q̄ad infidelē· Et ꝙ ſic vide
tur·q̄ꝛ mr̄imoniū ē vincl'm duoꝝ·ꝛ ſe hꝫ vt relatio· ſꝫ de
ſtructa ligatōne reſpectu vni⁹ extremi deſtruiſ reſpectu
alteri⁹·ḡ·ꝛc̄· Itē mulier iſta poſtq̄ꝫ diſceſſit aut eſt vxoꝛ
aut nō· Si ſic·ḡ vir ñ pt̄ ꝯhere· Si n·ḡ ipa pt̄·cuꝫ nō ſit
vxoꝛ· Itē eſto ꝙ fidel' ꝯhat p⁹ diſceſſ̄i·ꝛ illa poſtmoduꝫ
ꝯuertaſ ad fidē·ꝯſtat ꝙ ñ reddiſ ei vir·ḡ ſi n teneſ cōti/
nere pt̄ nubere·ḡ ſi nō ē ei ius acq̄ſitū adhuc poſʒ ꝛ p⁹.
Cōtra· Amb· dic̄ ꝙ īfidelis diſcedēs peccat ī deū ꝛ ī ma
trimoniū·ḡ ſi ī bono mr̄imonij ē puniēda·nō pt̄ nubere
Itē null⁹ pt̄ repoꝛtare cōmodū de malicia ſua·ſed repoꝛ
taret ſi deſerēdo vir̄ fidelē poſſꝫ nubere·ḡ·ꝛc̄· Itē ſi mu
lier q̄ p⁹ erat alligata viro abſoluiſ·q̄ro a q̄· 'Non ab ec
cleſia·q̄ꝛ nō intromittit ſe·'Nō a deo·q̄ꝛ ꝯ̄ deū fac̄'Nō a vi
ro·q̄ꝛ ipm̄ inuitū deſerit·'Neca ſe pt̄·ḡ vincl'm māet·ḡ°
ꝛc̄·¶ R⁹ dō·ꝙ q̄dā dicūt ꝙ hāc q̄ōꝫ ñ ē nccr̄iū determiare
33 q̄ꝛ nec ſpectat ad nos ō his q̄ foꝛis ſc̄ iudicare·ſꝫ mr̄imo
niū q̄ō ñ ſpectat ad nos iudicare publicādo ſpūalit̄ tñ
ſpectat ad nos·cuꝫ ſpūal' hō oīa iudicet diſcernēdo·q̄s
recte·q̄s ñ recte viuat· Et iō dō·ꝙ ſtati p⁹ diſceſū ſolui
tur vinculū a pte viri·q̄ꝛ pt̄ alt̄i ꝯiūgi ſtati·ñ ſic a parte
mlier̄·Un notādū ꝙ vinclꝫ māet dupliciſ·aut ſc̄m v̄i/
34 tatē ſacri·aut ī penā pcti· Quādiu vir fidel' relict⁹ māet
ī ſtatu ī q̄ pt̄ mlier īfidelis redire ad eū·mulier ē alligata
q̄ꝫtū ad v̄itatē ſacri· Sꝫ qn̄ vir ē ī ſtatu in q̄ ñ pt̄ ei ꝯiun
gi·vt ſi alterā ducat·vel intret religionē·vel accipiat ſa
crū oꝛdinē·mulier ſoluta ē ſc̄m v̄itatē ſacri·q̄ꝛ āpl'⁹ ñ eſt
vxoꝛ·ſꝫ tñ alligata ē ī penā pcti·vñ ñ lꝫ ei nubere q̄uſq̄ꝫ
ſoluaſ a culpa·ꝛ h̄ nō ē q̄ꝫdiu ē īfidelis· Si āt ꝯuertaſ ꝛ
baptiſeſ·cū tūc ſoluaſ ab om̄i culpa ꝛ pena pcti·extunc
licite poſſit nubere niſi aliō obſiſtat·ꝛ ſic patēt obā vtra
q̄ꝫ· Pria ei pbāt ꝙ ſoluiſ ſc̄m v̄itatē· ſecūda ꝙ māet ī pe
na pcti· Ad illō q̄ō q̄r a q̄ ſoluiſ·dico ꝙ a deo ꝛ ab eccia
35 ſꝫ p acciñs·q̄ꝛ ex q̄ ille deſinit eē vir·p ꝯñs iſta deſinit eſſe
vxoꝛ· Et ſi tu obijcias ꝙ cōmodū reptat de malicia·dō·
ꝙ falſū ē·q̄ꝛ q̄ꝫdiu māet culpa·diuīo iudicio eſt alligata
Et āpl'⁹ ſi ad fidē v̄ēiat ꝛ vir eā repetat·ſi nō ꝯtraxit cū
alia ē ei reddēda· Uñ ſat̄ rōnabilit̄ pt̄ dici ꝙ vīculū illō
nō oīno ſoluiſ ſtati cū mulier diſcedit·ſꝫ cuꝫ vir alligaſ
alij fideli vinculo inſepabilit̄·tūc eni foꝛti⁹ vinculū ſol/
uit min⁹·ꝛ ſi p⁹ aliq̄ mō eſſꝫ ſolutū·extūc pfecte ſolutū ē
nullo vīculo pſiſtente. ¶ Queſtio iij· g

Utꝝ mr̄imoniū ſoluaſ ſi alt̄ cōiubū ſit īfidelis· ſpālīter
q̄ad fidelē·ꝛ ꝙ ñ ſoluaſ vr̄·q̄ꝛ p foꝛnicatōꝫ coꝛpalē ñ fit
ſolutō·marie q̄ad ſubāꝫ mr̄imōij·vt ſup viſū ē·ꝛ tñ illa
pl⁹ obuiat bono mr̄imōij·ḡ nec p foꝛnicatōꝫ ſpūalē· Itē
mr̄imoniū ē vīculū īſolubile·ſꝫ ꝯtingēs ē aliquē labi in
infidelitatē·ſꝫ īſolubile nō dirimiſ aliq̄ caſu accidētali ·
ḡ·ꝛc̄· Itē ſi ſolueret p lapſū ī hereſiꝫ poſſꝫ q̄libꝫ volens
vxoꝛē dim̄ittē hereſiꝫ ſīare ꝛ ita ſp pīudicaret mr̄imōio
Cōtra·āb̄ꝛo·dt̄ ꝛ hr̄ ī glo·ſup·vij·ad Io· Contumelia
creatoꝛis ſoluit ius mr̄imōij ī eo q̄ relinq̄ſ vt nō accuſeſ
alt̄i copulat⁹·ḡ° ſi lapſ⁹ ī hereſiꝫ non vult cohabitare ſi
ne ꝯtūelia creatoꝛ̄·ſꝫ alt̄i copulari· Itē ſi alt̄ veniat ad
fidē ſoluiſ mr̄imōiū ſi alt̄ remāet ī īfidelitate·ſꝫ peioꝛ eſt
ꝯditio labēt̄ q̄ꝫ remanēt̄ ꝛ maḡ elōgaſ a fiō·multo foꝛ
ti⁹ ḡ° ſoluiſ mr̄imōiuꝫ· Itē fides ē fūdamētū toti⁹ ſpūalis
edificij·ſꝫ ſublato fūdamēto deſtruiſ q̄cq̄d ſup edificatū ē
ḡ° ſublata fide pereūt oīa ſacra·ḡ ꝛ mr̄imoniū· R⁹·dōꝫ
36 ꝙ alt̄o ꝯiugū labēte ī īfidelitatē nō ſoluiſ mr̄imōij ſacrꝫ
Et rō h⁹ duplex ē· Una vt pcludaſ malis via· ſimulatō/
nis ꝛ deceptōis· Alia ē ſc̄m v̄itatē· q̄ꝛ ſacr̄m ꝯiugij ī inſi
delibꝫ ꝓpt̄ h̄ ꝙ pfectā hꝫ ſigr̄ōꝫ ꝛ ſignificat vniōꝫ īſolubi
lē·ipm̄ ē inſolubile· 'Rurſus q̄ꝛ fūdatū ſup ſacrꝫ bapti/
mi q̄ō imp̄mit caracterē indelibilē·ipm̄ ē inſolubile· vñ
Inno·dt̄ ī decretali q̄ꝫto te nouim⁹· ꝙ ſacr̄m fidei q̄ō ſe
mel admiſſū ē·ratū efficit ꝯiugij ſacr̄m vt dcm̄ ē p⁹ Ad
illō ḡ q̄ō obr̄ ī ꝯ̄riū ꝙ ꝯtumelia creatoꝛis ſoluit· dōꝫ·ꝙ 37
auct̄as āb̄ꝛo·itelligiſ de matrimōio ꝯ̄cto ī infidelitate·
q̄ō nō ē ratū·q̄ꝛ nō ē fūdatū ſup fidei ſacr̄m·ꝛ iō nō eſt ſi
mile de cōuerſiōe ꝛ lapſu ¶ Ad illō q̄ō obr̄ de fūdamēto 38
dōm ꝙ fides ē fūdamētū v̄tutū nō ſacroꝝ· ſꝫ ſacr̄m fidei
eſt fūdamētū ſacramētoꝝ·ꝛ h̄ ē ſacr̄m ſtabile q̄ō manet
ſp ¶ Ad illō q̄d obꝛ ꝙ peioꝛ ē ꝯditio labētis· Dōm ꝙ ſo
lutiōnē matrimōij nō tā facit ꝯtumelia creatoꝛ̄ ꝛ diſpi 39
tas cult⁹ q̄ꝫ etiā facit imbecillitas ipius matrimonij cō
tracti ī infidelitate· ꝛ diſpitas cult⁹ nō ſolū q̄ ad fidē·ſꝫ
etiā quoad fidei ſacramētū·in q̄ cultu quo ad ſacramen
tū q̄ baptiſati ſūt diſpes eſſe non poſſunt·

¶ Queſtio iiij b

Utꝝ in infidelibꝫ venientibꝫ ad fidē ſoluaſ matrimoni
um ꝓpter pſonarū illegitimitatē·vt ſi hꝫ ſoꝛoꝛē ī vxoꝛē
Et ꝙ nō videſ p illā decretalē Inno·gaudem⁹·in q̄ dic̄
nō eſſe ſepandos· Itē rōe videſ·p ſacramentū baptiſmi
cōiugia nō ſoluūtur ſꝫ crimīa tollūtur·ergo cū illud fue
rit ꝯiugiū apō paganos·nō ſoluitur cū baptiſaſ· Itē
pagani canonic̄ ꝯſtitutionibꝫ nō artātur·ſꝫ tūc ſolum
incipiūt artari qn̄ ad fidē veniunt· ſꝫ iura ꝛ ꝯſtitutōes
foꝛmā futuris imponūt negocijs·nō ad p̄terita reuocāſ
ſi ergo añ ꝯ̄xit q̄ꝫ arteſ·ꝯſtitutio tale matrimoniū ñ ſol
uit ¶ Cōtra·ſi q̄s infidelis ꝯtraxit cū duabꝫ ad fidē ve/
niēs cōpelliſ alterā relinq̄re· ꝛ h̄ eſt ꝯ̄ ꝯſtitutōes cano·
ſicut ꝓbaſ p decreta·de diuoꝛtijs·gaudem⁹ ꝛc̄· ergo a ſi/
mili ī ꝓpoſito· Itē ſi aliq̄s infidel' repudiauit vxoꝛē (q̄ō
quidē licitū ē apō eos) ambobꝫ veniētibꝫ ad fidē cōpel/
litur recipe eā·q̄ꝛ hoc apō fideles nō lꝫ·ergo a ſimili ī cō
trario teneſ tale vxoꝛē dimittere ¶ Itē apud fideles pro
phanū ē vxoꝛē accipe ſoꝛoꝛē·ſꝫ nouiter ꝯuerſus dꝫ ſe fi/
delibus cōfoꝛmare·ergo dꝫ hmōi cōiugiū reputare pro
phanū·ergo nō dꝫ āpl'⁹ ſtare ¶ R⁹·dōm ꝙ illegitimi/ 40
tas pſonaꝝ ad matrimoniū ē duplex· Una eſt ſc̄m natu
rā et inſtitutionē diuinā·vtputa ꝙ fili⁹ nō ꝯ̄hat cū ma/
tre·neq̄ꝫ paſ cū filia· Itē ꝙ alligat⁹ vxoꝛi nō ducat aliā
vel etiā ī gradibꝫ diuia lege ꝓhibit̄·Leuit·xviij· vt di
cūt iuriſpiti vbi ꝓhibetur ſecūd⁹ ḡdus·ꝛ hec illegitimi
tas aſtringit fideles et infideles· Et ſi ī tali illegitimi/
tate ꝯ̄hitur matrimoniū apud infideles·ſoluiſ cū veni
unt ad fidē· Q̄ꝛ vt dt̄ amb· Q̄ō extra dei decretū factū ē
nō eſt putādū matrimoniū·ſꝫ cū cognoſciſ emendandū
Unde ſi iude⁹ ꝯ̄hat cū ſoꝛoꝛe ī ſecūdo ḡdu·ad fidē veniēſ
ab ea ſepaſ Si āt ꝯ̄xit cū vxoꝛe frīs·q̄ꝛ h̄ ē in lege ꝯceſſū
minie ſepaſ· Alia ē illegitimitas ex ꝯſtitutōe eccleſie·
vt ſunt pſone infra quartum gradum·ꝛ hec non artat ī
fideles·nec impedit matrimoniū qn̄ contrahatur·et q̄ꝛ
non ad p̄terita reuocātur·non ſoluūt legitime iā con/
tractum· ¶ Ad illud ergo q̄ō obijcitur de bigamia ꝛ re/ 41
pudio· Dicendū ꝙ vtrunq̄ꝫ eſt ꝯtra ius nature ꝛ ꝯ̄ ius
diuinū·ideo nō ē ſimile ¶ Ad illud q̄ō obꝛ ꝙ ꝓphanuꝫ ē
ſoꝛoꝛē ducere ī vxoꝛē vel etiā habere·dōm·ꝙ hoc veruꝫ 42
eſt propter eccleſie mandatum· quo quia iſte non ꝯſtri
gitur·non debet illud coniugiū reputare ꝓphanuꝫ· vñ
iſte ex quo venit ad fidē alligatur vt amplius non con
trahat contra eccleſie ſtatutum·ſi tamen contraxit non
debet ſolui·nec tenetur dimittere·q̄ꝛ ad ipm̄ non ſe exte
dit conſtitutio eccleſie·